



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 5. Sessio III. ejusdem Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Secul. XV.
A. C. 1439.

replicante, acrius sequenti argumento
stitit Joannes: *Habemus conclusionem hanc:
Spiritus sanctum accipere esse a Patre per
de esse, atque ab ipso procedere, dico ergo: In
quo Spiritus sanctus accipit esse in divinis, et
eo etiam procedit, dicitur autem Spiritus
cipere esse a Filio, ergo Spiritus sanctus pro
cedit a Filio, juxta propriam processio
significationem.* Ast Marcus Spiritum san
ctum a Filio suam essentiam accipere ne
gabat, quocirca Joannes id ipsum pluri
bus ac longe solidissimis comprobavit ar
gumentis. Cetera, quæ in hac discepta
tione dicta fuere, eadem concernebat
dogmata.

§. V.

Sessio tertia Concilii Florentini.

Conc. Gen.
tom. 13. p.
258.

Habita est quinta Martii die Jovis
tertia, in qua Joannes ad propositam
quæstionem rediit, atque Sacras Literas
traditiones, Græcorum Patrum testimo
nia, & præclaras, validasque rationes ex
Theologia petitas adduxit, quibus Spiritum
sanctum a Patre, Filioque tanquam
ab unico principio, & per eandem pro
ductionem suum esse accipere, tanta per
spicuitate demonstrabat, tanque solidi
cunctis sibi objectis occurrebat, ut Mar
cus Ephesinus non raro obmutesceret, nec
ingenii sui felicitas, nec expedita, atque
ubec

uberrima in dicendo facundia, qua inter Sæcul. XV.
Græcos eminebat, quicquam eidem suf- A. C. 1439.
fragaretur.

§. VI.

Sessio quarta Florentinæ Synodi

Die Sabbati septima mensis Martii cele- Ibid. p. 279.
brata est Sessio quarta, in qua Joan-
nes Marcum Ephesinum velut fulmine ta-
ctum vehementer percussit, dum ex plu-
ribus pervetustis Sancti Basilii codicibus,
qui tam Constantinopoli, quam ex aliis
Græciæ urbibus consulto afferebantur,
hunc Sanctum Doctorem in suis contra
Eunomium libris Spiritum sanctum non S. Basil. l. 3.
solum a Patre, sed simul a Filio procede- contra Eu-
re, disertis omnino verbis docuisse, mani- nom.
feste ostendit, ac præterea insignem Græ-
corum perfidiam, qui in ejusdem sancti
Patris exemplaribus verbum, *Filioque*,
studiose expunxerant, clare detexit. Cum
vero Marcus, quid ad hæc responderet,
non inveniret, Imperator Nationis suæ
honori consulturus, Joannem interpella-
vit, dicens, nequaquam standum esse co-
dicibus hisce in medium adductis; plu-
rimos enim alios in Græcia reperiri, in
quibus absque omni depravationis nota,
vox illa desideraretur; *Verum Domine Im-*
perator, reposuit singulari modestia Car-
dinalis Julianus, *cum decreveritis ad cer-*
tamam